R. G. ADAMS

Questo libro composto di libretti
trentanove ha un gran valore.
Il suo piu gran pregio consiste nella
lettera di Cristoforo Colombo in lingua
Spagnola.



Thomas Randolph Adams

The John Carter Brown Library

GIFT OF

Thomas R. Adams

98-106-26

A D

PERILLVSTREM AC GENEROSVM D. D. PETRVM ALZANVM

Patricium Bergomenſem, Equitem D. Marci ſplendididisſimum, & Antenorei Gymnaſii Iuris candidatorum Rectorem dignisſ.

IN LAVREA I. V. SVSCIPIENDA.

HECTORIS DE IVGIS VER. I.V.D.

C A R M I N A.



Patauii, Apud Laurentium Paſquatũ, Typ. Almæ Vniu. Iuriſt. 1592.

RPJCB

Ad Perilluſtrem, ac Generoſum D. D.

PETRVM ALZANVM

PATRICIVM BERGOMENSEM, EQVITEM D. MARCI SPLENDIDISSIMVM, ET ANTENOREI GYMNASII IVRIS CANDIDATORVM RECTOREM DIGNISSIMVM.

* *Hectoris de Iugis Ver. I.V.D. P.F.* *

NEMINI obſcurũ eſſe arbitror perilluſtres ac maximos Heroes præclaro carminũ genere fuiſſe decoratos (perilluſtris Iur. Gymnaſiarca & Eques ſplendidiſſime) nec immerito, cum poeſis antiquitate ſit adeo nobilis, propter excellentiam illuſtris, propter rerum abditarum ſcientiam ve-

neranda, ob harmoniam iucũda. Deorum deniq́; afflatu tam admirabilis. Cuius quidẽ rei dignitas ac magnitudo me ad tuum nomen, tuoſq; Heroes maiores extollendos impulit, neminem enim te vno potiorem habui, cuius res geſtæ vbiq́; fulgent queq́; maiorũ inſignis laurea, veluti illa Milciadis Themiſtoclem, è ſomno quotidie excitat: Quamobrem cum te ſemper præſertim hoc tempore, quo Gymnaſii huius Antenorei habenas fuiſti ſapientisſime maxima cum omnium voluptate moderatus, volui te carminibus hiſce meis reuereri, quæ ſi tuæ amplitudini paria minime erunt id imbecillitati ingenii mei condonare ne dedigneris. Vale.

LITTORE depictam vates
exſoluite lecti
Iam puppim, ac volucres vada
cærula ſcindite Phœbo
Auſpice digreſſi terris, Phœbo
auſpice curſus
Iam regite incertos, mediaſq; p̄ Æquoris vndas
Ad portum muſis propere acceleratè ſecundis.
Belligera veſtris mihi vir eſt gente canendus
ALZANA ſatus Auſpicÿs, lux inclyta claræ
Jtaliæ, decus imperÿ, quæ fulget in orbe
Maxima, quam tollũt omnes ad ſydera, terris
Orta, vagus tacito per quas defertur aquarũ
Brembus decurſu, nec non reſonare ſuſurro
Serrius Auditur dulci celeberrimus, vndas
Fontibus Alpinis deuoluens vere madenti,
Qui turbam indoctam pellens iubet ore perenni
Se vatum bibier ſaturantem pectora ſicca;
Hic gemmis Indum nitidas qui ducit arenas,

Præcellit fama, & ſeptemplicis oſtia Nili.
An memorem gratis viridaria floribus apta
Phœbeis lauris, platanis, altiſq; cupresſis,
Et lætis myrtis, flauo pomiſq; colore?
Hi loca Idumæa, hi florentia Adonidis antra,
Pierios, quibus haud quicquã formoſius, hortos
Hi ſuperant, viſunt Patarei hos ruris alumnæ,
Vrbs domibus fulget ſaxoſo in uertice cultis,
Murorum oſtentat ductas ad ſydera moles,
Hanc tecta illuſtrant miris uariata figuris,
Haec alias inter, Mõtes uelut Ætna refulget,
Serta gerit Cereris complurima ſolibus Æſtas,
Et uirides campi pinguentia gramina tollunt,
Vertũnus Bacchi redimit quoq; tempora dulci
Nectare, quod ſuperat certantia uina Lyeo
Iſmario, & cunctis quo nil praeſtantius oris,
Vrbibus ex uarijs certatim huc turba uirorum
Nobilium uehitur curru, ſaturnia ſaecla
Hic ducunt populi, urbs qua non pacatior ulla,
Corcyræ hæc bimari urbs, Romæ, cõfertur Athe
Hic auro gẽmis, hic marmore tẽpla nitẽti (nis,
Terrarũ et pelagi rectori hic ſtructa dicantur,
Magnificis augent ſacras Altaribus ædes;

Ingen-

Ingentes & opes, & fortia maenia fas eſt
Linquere carminibꝰ tacita, horũ maxima fama
Admonet, his etenim gratiſſimus occupat aures
Nuntius optantes; ſiluiſſe haec iuſtius ergo
Crediderim, celebrare humili q̃ nixus auena .
Illuſtres referam ne Duces uirtute potentes ,
Marteq; ſanguineo inſignes? quos illa priorum
Saecula mirantur, uocitat Tritonia honores ,
Armipotens belli hæc præſes fauet arma gerẽti .
Vnde tot in caſtris acies ? totq; horrida Terris
Bella horum auſpicijs uaſtum conflata ꝑ orbẽ?
Hoſtili hi toties manantes ſanguine riuos
Complerunt fuſo, quondam tot funditus urbes,
Tot populos ſtricto ſtatuerunt perdere ferro,
Hos Deus immenſa pro maieſtate feroces
Tutatur, uireſq; aduerſus ſanguinis hoſtes
Humani immanes p̃ſtat, Rex mandat Olympi
Preſſa graui ĩmeritos hiſcat q̃d pondere Tellus.
Bergomeo Imperio non ſanctior ulla poteſtas
Extitit, aut ſuperis tam nota; exſurgat imago
Aurata admiranda ſolo, pelagi illa triũphans
Quã colit adriaci domitrix , moderamina uiuo
Cui dedit Heroum, uario cumulauit honore ,

Qui

Qui Venetis ſua iura ferox, qui plurima regna
Reddidit, auguſta & celebres uirtute triũphos,
Qui primas retulit uictricia ſigna per oras,
Quiq́ Italis totum ſubiecit legibus orbem,
Hunc meritò ſtatuis procerum neptunia proles
Aureo equo decorat, cernẽs quem quiſq́ uiator,
En ait, en fuit hic populos, qui ſaepe potentes
Viribus armorum preſſit, terroribus auxit,
Paulatìm cuius iuuenili in corpore uirtus
Bellorum creuit, ſolio qui ſiſtit auito
Nunc ſuperum, hũc tollit geſtarum gloria rerũ.
Inſuper ĩgredier Veneta huic Reſpublica patrũ
Armato aeratas conceſſit milite portas,
Spargeret extemplo roſeo cum lumine Terras,
Mortales miſeris referens Aurora labores,
Et nox luſtraret nocturnis ignibus orbem
Sydereum, qua prima quies mortalibus aegris
Debetur, medius uincitq́ animalia ſomnus.
Quid modo cõmemorem priſcorũ clara uirorũ
Ingenia, atq́ animos uaria uirtute decoros,
Quis ualeat meritis aequare hos uerſibus alto
Praeclaros cœlo, digniſq́ intexere cartis?
Sydera ſyderibus potius, contraria Phaebe

Con-

Concurret fratri, Terrarum machina diſcors
Tūc erit, horū etenim monumēta, decuſq; penne
Vix iam terra capit, ſuperiq; ſtupore trahuntur.
Hac ALZANORVM *generoſæ ſemina prolis*
Promanāt patria, hæc toto eſt venerabilis orbe,
Hæc domus Alzanúm cœlo caput inſerit alto,
Cæſorum Hoſtili haud raro eſt aſperſa cruore
Pro patria, mortem rigidoq; ſub hoſte ſubiuit,
Sæpius hæc miſerum ſuperauit corde tyrānum
Magnanimo, iecit gelidumq; per oſſa pauorem
Intima, & innumeros celebri certamine vicit
Cum longa regnis properarent ſtrage miſellis
Adriacæ manui ſubiectis fata ruinam,
Mœnia barbarico caderent agitata tumultu,
Auxilijs fruſtrata forent regna Itala cunctis;
Cum ſcelere arderent vrbes, vitioſa voluptas,
Ira, furor belli, nec non diſcordia mentes,
Atq; animos hominum vexarent, diruta ſacræ
Aurea Templa forent Aſtrææ, gloria fanis
Nullus honos eſſet, nulla aut pietatis imago,
Nulla pudicitiæ, celeberrimus omnia PETRVS
Sedauit patriæ cuſtos, probitatis amator;
Inſuper Alzanas tutas hic condidit Arces,
Vrbs Brennone ſuo gaudet, Didoneq; Byrſa,

B *Petro*

Petro auctore ſuo hæ Turres, Antenore Pallas.
Mitto alios Petros, tacitos et Carmine linquo
Franciſcos celebres auguſti Martis alumnos,
Gloria quos celebris vexit ſuper æthera, quorũ
Mors Venetis vita eſt, ſplẽdor, magnũq; leuamẽ;
Nec tãtum eſt armis decorata hæc aurea ꝓles,
Legibus aſt etiam; genuit nam lumina iuris
Ex q̃bus eſt celebris IOANNIS *lingua perennis;*
Illa reos rapuit roſtris ſæpe illa ſeueris,
Mulcebat lepidis hæc dictis corda Quiritum,
Illa ædes gemmis, auro fulgente ſuperbas
Ditauit validis abſcindẽr p̃dia Tauris. (orbi
Hæc quoq; ſtirps clara AVGVSTINVM *protulit*
Elloquio inſignem, orantũ quem Principis ordo
Conſortem accepit multos poſt vrbis honores,
Iudicis hic aures fœlici numine vocis
Flectebat, mirata animos gens incola tanti,
Conſiliumq; viri eſt toties, foret vrbis Apollo,
Aurea lux orbi, vt ſtrenuus quoq; legibus heros.
Hic PETRVM *genuit, Tyrio ſpectatur in oſtro*
Qui modo, Rectoris præſentia munera feſſus
Reſpuit audacter, merito iam tempus vt ipſis
Alzana officijs ſoboles perfuncta quieſcat.

Quis

Quis tamē (innumeros patrio de sāguine cretos
Vt ſileam) proauos Matris, tot pectora bellis
Callepii Comitis TRVSSARDI obiecta ualebit
Tollere ſupplicia, et validos quos ſuſtinet ictus?
CALLEPIAE gentis repetam haud exordia, fœlix
Tanta foret, fœlix iterum, cui ceſſa facultas.
Hanc in vim feudi Gazis hoſtilibus aula
Bellando partis decorauit ſacra ſenatus
Adriaci, vallis ceſſit quoq; iura per ampla
Callepiæ, Nicoli Picinini protinus armis
Conſilyſq; ſuis inimica claſſe per agros (los
Compreſſa. heroi huic veteres quis quœſo Camil
Præferet? hic patriam ſpolijs onerauit opimis.
Hoc ſatus offertur Nicolinus, credita belli
Cui sūma eſt, Populi huic ſe ſubiecere PHILIPPI
Quē MARIAM dicunt, olim qui rexit habenas
Inſubrum. quatuor martis virtute nitentes
Quid memorē natos Nicolini lumina Martis?
Quos inter nituit Truſſardus tempore longo,
Cum fuerit leges amplexus Caeſaris amplas
Principis obſequio hic bellis ſe miſcuit atris;
Gallorum nam REX ALOYSIVS ardua fortis
Praelia cum Venetis geſtabat, tutus ab hoſte

Saepius eſt patriam crudeli, mille pericla
Perpeſſus, veterumq; ſecutus facta parentum.
Quid reliquos referã? quibus eſt ærata triremis
Credita, quæ ĩplebant gelida formidine Turcas
Viribus audaces, illos velut vngue Leones
Mactabant agnos, ferro & tractabile Naues
Infeſtas Pelago ſcindebant, colla potentes
Soluebant duris captorum obſtricta catenis,
Deniq; pro Venetis fuderunt ſanguine vitam,
Alzanæ at gentis probat hæc inſigne decorum.
Principio Aſsirius Phœnix deſcribitur ales
Cærulea pictus cauda, fulgoq; coruſcans
Colla auro, rubeaſq; ferens in vertice criſtas,
Pennaq; præfulget roſeo diſtincta colore,
En diadema caput decorat tua pectora torques,
Titano eſt ſacer hic, complet longiſsima vitæ
Secla, grauiſq; annis nidos ſibi conſtruit alto
Culmine ramorum, nullis hæc veſcitur herbis,
Longæuum innumeris & finit odoribus æuum.
Tu ſacer es muſis, bellorum & Petre parenti,
Palladios nidos duros Alzane labores
Struxiſti ſubiens, celebri quoq; munere functus,
Longæuũ innumeris & finis honoribus æuum;

Cuius

Cuius colla auro, fulgent tua pectora torque.
Oſſibus ex patrijs oritur pulluſq; medullis ,
Qui patrios manes iuſtis ſolennibus ornat ,
Fertq; cubile ſuum, nidi ramoſq; paterni,
Flãmiferæ ſacri hos Hyperionis arce recondit,
Verũ vbi ſe moriens noſcit iuueneſcere Phænix,
Lætatur volitans auium celeberrima cœlo,
Migrat ad Æthiopes nigros, Indoſq; remotos.
Sic tu pulli inſtar reparans decora alta parentũ
Alzane ad patriam remeas, patrioſq; penates;
Multiplicat nouies viuax ſua ſæcula phœnix;
Tu valde amplificas partos Rectoris honores .
Prætereaigniferas effundũt ſtẽmata flammas,
His Galea inſeritur capiti geſtanda per agros ,
Hæc ardere docent Alzanos enſis amore .
Quis ſatis illorum ſplendores, praelia poſſit,
Aurea quis tanti memorare inſignia ſexus?
Vite coronatur viridi frondoſior Vlmus,
Ex hac Autumnus turgentes detrahit vuas;
Haec Alzana domus meritò ſibi nomina vitis
Adſciſcit, proceres genuit longo ordine claros ,
Nititur ipſa quibus , Decij his (mirabile dictu)
Heroes cedunt, immanis turba Gygantum

Bella

Bella Ioui armigero ſuperorum inferre parenti
Audaces olim qui auſi ſunt fronte minaci ,
His veluti Pœnis Fabij, vetereſq; Camilli ,
Antigonus, Cocles, Tomyris Regina Scitarũ
His cedunt ſueti conſternere ſæpius hoſtem.
Indeq; Pyramides, ſubter queis Regia ꝓles
Mortua contegitur, ſerpens non lumina ſomno
Declinans dulci, molis qui culmina ſcandit,
Cynthia & alta micans aurato picta colore
Virgã Alzanè tuã decorãt, virga altera magni
Cãdida quẽ gelido Cyllenes vertice Maia (eſt,
Conceptum fudit, pallentes euocat antro
Tartareo illa aĩas, ſomnos ea præſtat ocellis,
Atq; adimit, flantes iubet illa quieſcere vẽtos;
At tua clamoſo diſcordes virga tumultu
Euocat, & longos dat ſomnos pacis amatæ .
Tu vigil ut ſerpens apicẽ Petre ſcãdis honorũ ,
Ut que Atlans durus cœlum, tu robore fulcis,
Conſilioq; graui Iuuenum moderatus habenas .
Patria Lætare, inſignis tibi gloria ſurgit,
Sit ſatus Alzanæ hic claro quod ſanguine ꝓlis,
Tot ducibus, ſua qui obiecerunt corpora ferro ,
Quiq; ſuo teneri verſarunt pectore Martem
Totq; viris, referũt veterem grauitate Catonẽ

Ne

Ne Petre diſſimilis proauis videare, ſenilem
Imbutus ſenſum puerilia tempora ducens
Quamprimũ es Sophiã cõplexus mente ſerenas
Nec te blanditiae, nec opes, non te vlla voluptas,
Dulcis amor Patriæ, ſed laudũ immẽſa cupido
Te te Antenoreas longinque duxit ad oras.
Pectore Caeſareas accenſo hic combibis artes,
Doctorũ arcanas ſummo capis ordine cauſas.
At poſtquam maior iuuenem te protulit ætas
Alzanè, extemplo ardeſcens ſtudioſa iuuentus
Palladiae ſacras arcis tibi ceſſit habenas,
Innixa ſtudijs iuuenum plaudente corona,
Nec non Præſidibus Patauinae optãtib⁹ vrbis.
Medoaci exiliunt latices hinc ꝑpter amœnas,
Induti & niueis pennis dant carmina Cycni.
Bergomeam Rector de te vaga fama per vrbẽ
Ingreditur pedibus celer, & velocibus alis
Acquirit vires, caput inter ſydera condit
Te celebrant omnes, virtutum praemia tollũt,
Tarquinia celebris radiantem veſte caterua
Te ſequitur, Mãto vt magnos p̃dicit honores,
Veſtibus ornati viridi te Alzane colore
Depictis famuli praecedunt Principis inſtar,

Balthea

Balthea cingentes crepitantibus aurea Telis.
Te innumeri ꝓceres comitātur Petre meantē,
Docta cohors ſtipat iuuenū, te exercitus ingens,
Non furor hoſtilis, non armiger ipſe meatus
Bella mouent, ſacrū inducit reuerentia fœdus.
Edomita hac tellure manes Alzane ſuperſtes.
Nec tanto contenta acies Rectoris honore,
Curauit te Equites inter fila aurea Petre
Geſtantes ſcribi cuncto plaudente Senatu
Virtutum meritis laudumq; accenſa tuarum.
Certatim liquidas alternis vocibus auras,
Hæc ferit, et pario tua nomina marmore ſignat,
Nec tanto dignata Equitis ſplendore micantis
Deniq; te cenſet Doctoris nomine dignum.
Præparat aſtrigero tibi ducta Palatia cœlo,
Aurato & paries oneratur tegmine, miles
Claſsica præcedit perfundens Æthera grato
Sublimem ſonitu, magna comitante caterua,
Buccina quin reddit dulces inflata camænas.
Quid maiora canā? te Antenoreæ vrbis habenas
Qui retinent rubei longa cum veſte coloris
Sectati patres ingreſsi tecta ſuperba
Sunt tua, viderunt oneratas nectare diuum

Eſſe

Eſſe tuas menſas, ad eas quoq; luce ſequenti
Acceſſere ſacri fulgentia lumina iuris,
Primates Pataui, & ſophiæ legalis alumni.
Interea ſuaues mulcebant pectora cantus,
Saturni memorant ſequier veſtigia Regis
Te cuncti, coleris Pataui, ſoractis Apollo
Vt ſancti cuſtos colitur, ſummuſq; Deorum,
Hercle nec immerito, ſummus tu pacis amator
Conſilijs inimica tuis Petre agmina amico
Iunxiſti uinclo, auſpicijs Alzane ſecundis
Dicere tu Rector, iam iam peritura per vrbē
Te duce pax rurſum terris rediuiua relucet.
Vndiq; non ceſſat properans te ornare iuuenta
Paciferum, ſtatuis celebrandum dicit auitis.
Armigera vt volucris concusſis ſydera pennis
Aduolat, et ſenio eſt nunq̄ interitura, putreſcūt
Illius haud alæ, phæbeo vt lumine pullos
Obiectos tentat, radios tolerare coruſcos
Si nequeant ſolis, materno excludit amore;
Illuſtri ſic te Alzanorum è ſemine natum
Tu radios veterum oſtētas comitatus honores,
Ingentes animos, ingentia facta tuorum;
Cedit vt Æmonius ſublimi Pelion Oſſae,

Sic tua Progenies titulis ſuffulta micabit
Nomine, & ingenijs, animis, & marte cruēto,
Te ſpem, te columen generis teſtantur ouantes
Conciues, primum vocitant, primumq́; ſalutāt.
Dum mihi per faciles ſuperos ſit vita ſuperſtes,
Auſpice Muſarum recinā tua facta parente,
Ipſe tibi vates, cœleſtia vertice tanges
Sydera, tuq; tuum nomen furabere auerno.
Patria velatum expectat te tempora iuris
Cæſarei laura, atq; Equitis tibi torque nitenti
Occurret ſoboles ingentia gaudia felix
Pro tantis meritis capiens, occurret Apollo.
Virtutū at cultrix Patauina Academia florēs
Nobilium ſedes, orbis pulcherrima nutrix,
Te Rectore ſuo gaudet, te in pace locaſſe
Florentes muſas, Patauum eripuiſſe tumultu.
At poſtquam cedes ſpolijs oneratus opimis,
Mæſta ſuis lacrimis diuturnis ora rigabit,
Aſt animo vt Petre Alzane hac ſentētia ſedit,
Dignè alto Macedūm Regno, Cyriq; tiara.
Fata tibi faueant, animo ſint proſpera ſemper,
Atq; diu triplices nectant tua fila ſorores;
Alta petas Alzane tibi virtute fauente,
Vltima

Vltima fac Thule, te ſeptem verſa trioni
Inſula Taprobane Terrarũ maxima noſcat.

FINIS.

Ad Illuſtrem, & Excellentisſimum I. V. D. CLAVDIVM à CVRTIVO Patricium Patauinum.

Inſignia Vtr. Iur. Perilluſtri ac Generoſo D. PETRO ALZANO Almæ Vniuerſitatis Iuriſtarum GYMNASIARCAE Dignisſimo præbentem.

Hectoris de Iugis Veronenſis I. V. D. Epigramma.

SI te, quem veneror, tacitum dimiſero Claudi,
Mille tuis merito queſtubus anſa foret.
Non me carminibus, non me Grinæus Apollo,
Non me Orpheus vincet, Pieridumq; Chorus.
Claudius en merito tu dicere; nam velut orbe
Mirificum fragili clauditur orbis opus.
Pectore mira tuo claudis penetralia legum,
Rectoris laudes claudis, & ore refers.
Pulcher vt eſt Orbis tellurem claudit, Olympum,
Quod latices, flores, quæq; creata Dei;
Sic pulcher Claudi, leges qui pandis Athenis
Cæſareas doctis, & documenta doces.
O fœlix Claudi, nigrum qui claudis Auernum,
Aſtra tibi referas, ſæclaq; cuncta. Vale.

In Laudem

IN LAVDEM

EXCELLENTISSIMI

HECTORIS DE IVGIS VER. I. V. D

✶ Jncerti Auctoris Epigramma. ✶

MAXIME cycnorum, præſens quos audiat ætas,
Quo reſonant Atheſis littora picta vagi.
Pectora dũ blando mulces modulamine, & amplum
ALZANAE gentis fers ſuper aſtra genus;
Maxima lis oritur multos memorãda ꝑ ãnos,
Quis veſtrum maius cõtrahat inde decus;
Illene, cui talis vates nunc contigit; an tu,
Heros cui tantus concelebrandus erat? ✶

A D

PERILLVSTREM
PETRVM ALZANVM

Incerti Auctoris Epigramma.

VATIBVS vt latiis meruit ſa-
tus AEſone tolli
Aurea quod retulit vellera vi
ctor ouans .
Sic PETRE carminibꝰ ſublimia ad æthera tol-
Debes, quod decorũ vellera parta refers. (li

PATAVII,
Apud Laurentium Paſquatum,
Typographum Almæ Vniuer.
Iuriſtarum.



Anno ab effracto Serpentis capite
M. D. XCII.

Superiorib⁹ facultatē impertientib⁹

98-106-27

Sonetto

E diventato questo cuor' meschino
Vna Campana posta in alto luogo
Che giorno, e notte suona fogo fuoco
Martello la pcote e amor la tira
e con i suoni di dolorosi accenti
Quieta su tempesta e ferma i venti
Con le catene de tua biunda treccie
se n' sta legato sotto al humil tetto
del campanile di sfflitto petto
Curi dunq crudelle a q̃sto suono
e smorla le mie fiamme p spietate
Col l'aqua della tua rara beltate

Altro

E Morto lo mio cuore suenturato
Et e stato portato ai sorte dura
Da gli spirti miei in sepoltura
Tema, sospetto, sdegno, ira, morte,
gl' han' fatto compagnia dolente
In sino alla tomba con sospiri ardẽti
A q̃ste esege funerali intorno
Vi furono molte lagrime al fin poi
Acciese torcie di belli ochi tuoi
sopra il sepulchro han posto fiama e ~~foco~~ fuoco
strali, catene con vn motto inciso
Che dicie amor crudello ha il cuor uciso

~~H595
N479s
V. I~~

J595
N479S
V.1